J. Friderico Röhlmanno
Leidam 27 Apr.
1674.

516.

Nobill.ma atq. Amp.me Vir.

De triplici munere quo me tam amicè cogitor-
dinare, Gratiam tuam rogavi amico nostro gratias a-
gat tibi, quas ipse nequeo tantae humanitati pares.
Pattodioli mei q. tibi encomia libris calamo tam
diserto quam linguâ sacras dicasti pudor omnino
obstrudit, patiere solum hoc respondeam, meae me
tenuitatis mihi conscium planè mihi non arrisisse;
omnia a benevolentia tua, quam equidem omnium
officiorum genere mereri aliquando conabor. Non
possum, Vir nob.me non invidere tibi tot illustrium
hospitum conventum, quorum ex epistola tua hodie vel
crastino intellexi. doleo nunc certè trium horarum
spatio à te ~~divulsos~~ divisos esse quotquot hic sumus
musicae cultores [illegible]. Nec desperamus tamen,
quin tuâ facundiâ permoveri possint tot amaena
ingenia, ut Hagae quoque aliquando tam felicem
diem indulgeant. Vale, Vir eximie, et q. [illegible]
ita scribillarim ignosce, oculis hesterna somnolentia
à comissatiuncula Musica, cui apud [illegible]
nostram ad multam noctem vacavimus.
Vale.